



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 133. Contentio Canonorum Regularium cum Eremitis S. Augustini

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

## §. CXXXIII.

Sæcul. XV.  
A. C. 1484.*Contentio Canoniorum Regularium  
cum Eremitis S. Augustini.*

Nec tamen Sixti IV. hortationibus restituta est concordia inter Discipulos magni illius Ecclesiæ Doctoris, qui licet omnium humillimus, pacisque aman- tissimus fuisset, Religiosi tamen ejus insa- perhabita Pontificis Constitutione utrin- que objurgationibus, imo etiam dicte- riis tam in publicis concionibus, quam in libellis hac de re editis mutuo sese proscindere haud dubitabant; Canoni- corum Regularium causam tuebatur Dominicus Tarvisinus ejusdem instituti alumnus: Bartholomæus vero Papiensis, (\*) & Antonius Coriolanus patria Roma- nus, qui ambo Sancti Augustini Eremitæ- rant, lingua & calamo Canonicos impug- nabant, quinimo Coriolanus ejus- dem Ordinis Generalis, Vir doctrina præstantissimus, spreto Pontificis decreto apologiam a se concinnatam publici ju- ris fecit, quæ tamen a Cardinalibus tan- quam probris, atque injuriis referta condemnata est, eamque Mapheus Ve- ronensis edito libello confutavit. Nihi-

(\*) Apud Bzovium, Spondanum, aliosque dicitur Patavinus.



Sæcul. XV. lominus exiguo post tempore actus  
 A.C. 1484. quam unquam hæc contentio recruduit  
 nec tamen quæstio decisa fuit, eoque  
 summus Pontifex utpote morte præve-  
 tus, hisce contentionibus remoram po-  
 nere præpediretur.

## §. CXXXIV.

*Sixti IV. Pontificis obitus.*

*Amphr. in  
Sixt. IV.* **O**biit hoc anno die decima tertia Ne-  
*Ciacon. in  
eundem.* sis Augusti Romæ in Vaticano Pal-  
*Brutus hist.  
Flor. lib. 8.* tio Sixtus IV. postquam septuagesimum  
 primum ætatis annum ingressus, Pontif-  
 ficatus sui decimum tertium cum quibus-  
 que diebus expleverat. Corpus ejus in  
 Basilicam S. Petri delatum æreo monu-  
 mento conditum est, quod Julianus Car-  
 dinalis ejus Nepos extruendum curavit.  
 Plura ingenii sui monumenta postremo  
*P. Alex. hist.  
Eccles. tom. 1  
Sæcul. XV.  
in 8.* ti reliquit, scripsitque de Sanguine Chri-  
 sti, necnon de potentia Dei adversus e-  
 rorem cujusdam Carmelitæ Bononiensis,  
 qui hominem damnatum a Deo per ipsam  
 suam omnipotentiam salvum posse, per-  
 vicaciter tuebatur; hinc tractatus Romæ  
 anno millesimo quingentesimo septuagesimo  
 primo typis impressi prodierunt. Exstat etiam  
 explicatio tractatus Nicolai Richardi de in-  
 dulgentiis, quæ in suffragium animarum  
 in purgatorio conceduntur; hæc explicatio

*Miscellan.**tom. 4. p. 527.*